

anulum ac scripture paginam investicionem <sup>(a)</sup> tradidit. his omnibus expletis, supra ecclesie Sancte Marie tectum astitisse sibi visum fuit, ubi nimio molendinorum strepitu, qui iuxta prefatam ecclesiam adesse videbantur, ex huius quiete visionis sompno expergefactus, scripti volumen et anulum in suis repperit manibus <sup>(b)</sup>. 5

Hec autem seriatim postquam omnia exposuit, Aurius tribunus et alii nobiles, qui cum eo erant, viso anulo et scripti volumine <sup>(c)</sup>, quod ipse reppererat in manibus suis <sup>(d)</sup>, de huius revelationis <sup>(e)</sup> visione certificati <sup>(f)</sup>, parvam ecclesiam in honore <sup>(g)</sup> Dei et sancti Iohannis, sicut idem sanctus Baptista ipsi Mauro ostenderat, iuxta atrium episcopii mira pulchritudine edificaverunt. In ipsa quoque baptismatis fontes ponentes, mirum in modum per occultos meatus in eisdem fontibus aeras bestiarum imagines aquas evomere fecerunt <sup>(h)</sup>. his itaque peractis, prefatus <sup>(i)</sup> sacerdos Maurus secum duxit Aurium tribunum ad littus, in quo sancta sibi apparuerat Iustina, ibique, iuxta quod in prefata <sup>(k)</sup> visione sibi revelatum fuerat, parvam ecclesiam construere fecit. deinde venientes <sup>(l)</sup> in littus, in quo gencium ac boum sibi apparuerat multitudo <sup>(m)</sup>, secundum quod in prefata <sup>(k)</sup> revelatione sibi iussum <sup>(n)</sup> fuerat, ecclesiam in honore <sup>(o)</sup> sancti Petri et aliam parvam ecclesiam in honore <sup>(p)</sup> sancti Antonini martyris <sup>(q)</sup> edificaverunt. littus autem Boum Aurius tribunus constituit hoc <sup>(r)</sup> appellari. deinde ad aliud littus transfretari cuperentes, albissimam nubem supra id, ad quod tendebant, littus viderunt; ad quod cum pervenissent, evanescente nube, secundum ea que illic reppererant <sup>(s)</sup>, signa ecclesiam in honore domini Salvatoris <sup>(t)</sup> edificaverunt. ex prefate quidem albe nubis <sup>(u)</sup> visione littus Album idem Aurius tribunus illud constituit nominari <sup>(v)</sup>. ad 10 15 20 25

(a) *Su* investituram      (b) *Su* eidem vis. fuit nubem illam astit. sup. tect. ecclesie S. Marie, ubi nimio fulgebat lumine. porro poste ex somno suavissimo ob plurimas visiones habitas expergefactus, ubi strepitu molend. nimio facto, qui, licet procul esset, sed non longe ab eccl. Dive Marie videbatur, se ab somno excutiens, annulum et vol. scriptum a s. Ioanne Baptista in suis rep. man.      (c) *Su* vol. scripto      (d) *Su* in man. s. rep.      (e) *Su* revelatione et      (f) *S* testificati      (g) *M Su* in honorem      (h) *Su* fonte p. occ. meat. in eisdem pluribus font. ponentes aeras best. imag. aquas mir. in mod. evom. fec.      (i) *Su* prefactus      (k) *Su* prefacta      (l) *U S Vu* veniente      (m) *Su* multit. gen. ac boum s. apparuerat      (n) *M Su* visum      (o) *Su* honorem      (p) *M Su* honorem (q) *Su* mart. Ant.      (r) *Su* institut hoc modo      (s) *M* preostenderant *Su* repererant (t) *M Su* honorem Salvatoris      (u) *Su* prefacta nubis albe      (v) *Su* vocari constituit